



Jus Canonicum In V. Libros Decretalium Distributum

novâ Methodo explicatum, Omnibus Capitulis Titulorum (qui in Antiquis, & novis Libris Decretalium continentur) promiscuè & confusè positis, in ordinem doctrinæ digestis. Adjunctis Aliis Quæstionibus Connexis, Quæ Ad Plenam Cujusque Tituli, Aut Materiæ Cognitionem, Et Expositionem Pertinent. ...

Respondens Libro Quinto Decretalium. In Quo De Judicio, Seu Ordine Judiciario criminali, nec non de criminibus Ecclesiasticis, & secularibus ... agitur ...

Pirhing, Ehrenreich

Dilingae, 1677

Titulus. XXXI. De Excessibus Prælatorum, & subditorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98302](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98302)

noribus, dispensare potest, ut ministret tantum in Ordinibus minoribus, quippe non furtivè susceptis, cit. c. 2. & Barb. ibid. n. 3.

Additur verò in eod. c. quòd cum eo, qui Religionem ingressus est, si vita, & mores ejus exegerint, possit Abbas illius dispensare, scilicet quoad exercitium Ordinis majoris, sive Subdiaconatus furtivè suscepti, *Zaf. hic n. 6.* vel etiam in alijs Ordinibus, si eos fortè furtivè suscepit; & sic favore Religionis conceditur, quod aliàs non concederetur, *Gl. hic in notatis.* Porro quòd hic dicitur, Abbatem dispensare posse in hoc impedimento, sive irregularitatis, sive suspensionis, id ita intelligendum est, quòd id solum possint Abbates in casibus jure expressis; alioquin verò Abbatibus, alijsq; Prælati Episcopo inferioribus omnis potestas dispensandi est interdicta, nisi ex speciali jure eis fuerit concessa, quia graviora, & majora sunt reservata Episcopo, *Hofstiens. hic in fine, & Abb. n. 2.*

VIII. Respondetur secundò. Si quis duos Ordines majores, seu sacros, simul & eodem die, suscipiat, post præceptum Episcopi id sub excommunicatione prohibentis, suspensionem incurrit, ut in Ordinibus susceptis ministrare non possit, nisi cum eo dispenseret, ut constat ex c. *Innotuit. 3. & ult. h. t.* Nam quidam Clericus, & alij duo, cum litteris (dilectorijs) Episcopi sui accesserunt ad Episcopum Seguntinensem, ut Ordines ab eo reciperent. Cumque ab eodem Episcopo, priusquam ordinaret, sub sententia excommunicationis latæ fuisset prohibitum, ne quis ad duos Ordines (scilicet sacros, qui simul eodem die conferri non debent, c. *Litteras. 13. & c. Dilectus. 15. de temp. ordin. Gl. hic v. Ordines*) suscipiendos se ingereret; nihilominus tamen prædicti Clerici Subdiaconatus, &

Diaconatus Ordinem clandestinè susceperunt, Confultus super hoc Papa respondet, quòd illi in susceptis Ordinibus, de juris rigore, ministrare non debent (imò etiam de rigore sunt deponendi, c. *Cum illorum. 32. de sent. excomm.* quia receperunt Ordines contra sententiam excommunicationis, *Arg. c. Latores. 4. de Cleric. excomm. minist. Gl. hic v. Ministrare*) veruntamen si ad Religionem alià quam se voluerint transferre: & peractâ penitentia eis injunctâ, pro arbitrio Episcopi Diocesis, laudabiliter ibi fuerint conversati, poterit idem Episcopus, de licentia Papæ, cum eis dispensare, ut in susceptis Ordinibus ministrent.

IX. Pro explicatione notandum primò. Et si duo Ordines sacri, simul eodem die, conferri non debent, collatio tamen valet, sed ordinati sunt suspensi ab executione, seu exercitio Ordinum sic susceptorum. Et licet aliàs recipiens simul duos Ordines sacros, suspenditur tantum ab executione ultimi Ordinis sic furtivè suscepti, cit. c. *Litteras. de temp. ordin.* at in casu hujus c. suspenditur ab executione omnium Ordinum, quia præcessit sententia excommunicationis, *Abb. hic n. 4.* Imò hoc casu non potest Episcopus dispensare in Ordinibus furtivè susceptis, suo jure, sed non nisi ex licentia Papæ, etiam si ordinatus Religionem intraret, ut haberetur in hoc c. Sed in prius susceptis, suo jure, potest dispensare, quando non præcessit excommunicatio, *Hofstiens. hic in fine, & Abb. n. 5.*

Notandum secundò. Potest Episcopus ad id, quod jure communi statutum est, sine appositione pænæ, per suum statutum adijcere pœnam, vel augere illam, quæ lege est imposita, ut colligitur ex hoc c. quia tunc non derogat dispositioni Juris communis, sed eam adjuvat, *Abb. hic n. 2.*

TITVLVS XXXI.

DE EXCESSIBUS PRÆLATORUM,
ET SUBDITORUM.

Hactenus actum est generaliter de varijs excessibus, seu delictis, tam Prælatorum, quàm Subditorum, nunc subjicitur hic Titulus, in quo specialiter agitur de excessibus, seu delictis Prælatorum in Subditos, & horum in Prælatos. Extat hic Titulus etiam in Sexto, & Clementinis.

§. I.

Qualiter possint, ac soleant Prælati Ecclesiastici excedere, seu delinquere in Subditos Clericos?

I.

ASSERTIO I. Delinquant in primis Episcopi, aliique Prælati, si Clericos subditos tallijs, vel exactionibus indebitis gravant, & nisi ad voluntatem suam pecuniam solvant, divinum Officium eis interdiciunt: vel injustè, & illicitè censuras in eos

ferunt, vel aliàs viliter, & inhonestè eos tractant, ut ipsos laicos despicabiles reddant, prout habetur in c. *Pervenit. 1. h. t.* secundum integram ejus lectionem, ubi statuitur: quòd Episcopi Presbyteros, & alios Clericos quasi filios, ac fratres, benignè, ac fraternâ charitate fovere, & tractare debent. Quare mandat Papa Alexander III. Episcopis, ut eis tallias, & exactiones indebitas imponere non præsumant: nec de cætero indebitè, aut inhonestè eosdem tractent: & sine judicio Capituli sui, eos suspendere, vel eorum Ecclesias interdicto subijcere non attentent: neque duas Ecclesias, si una earum sufficiat ad necessariam sustentationem, eos tenere permittant (nisi una ab altera de-

pendeat,

ne, eandem Succentoriam contulit Bernardo Canonico etiam Pictaviensi. Unde orta inter eos quæstione, causa commissa fuit quibusdam Judicibus delegatis, coram quibus petijt utraque pars collationem sibi factam confirmari, & alterius cassari. Post hæc causa delata est ad Papam Innocentium III. qui ex attestacionibus utriusque partis inspectis invenit esse probatum, dictum Petrum publicum aleatorem esse, ac manifestum usurarium, qui XI. denarios pro XII. mutuavit in ludo. (quæ usura centesimam excedit, nam ista uno anno forti adæquatur, l. *Eos* 26. *C. de usur. Gl. hic V. Unde cim denarios.*) Is tamen ad excusandum suum delictum, allegavit consuetudinem Clericorum Gallicæ, quæ sic mutant, & ludunt frequenter. Sed Papa hujusmodi ludos voluptuosos, quippe noxios, & pravam hanc consuetudinem, quæ corruptela potius dicenda est, penitus reprobavit, cum in illis sit magis puniendi offensæ, per quos delinquendi auctoritas usurpatur. Unde quod circa dictum Petrum de Succentoria factum esse constat, propter indignitatem, & vilitatem ipsius, Papa decernit irritandum, cum personis vilibus, & indignis portæ dignitatum parere non debeant, juxta legitimas Sanctiones (l. 2. *C. de dignit. lib. 12.*) Præterea contra prædictum Bernardum fuit probatum per testes, quod cum conscientia Judicum delegatorum, ultima clausula non fuerit inserta in litteris eorundem, sicut ex ipsorum depositionibus constitit evidenter. Verum Papa consideravit, quod licet constaret, dictam clausulam appositam fuisse litteris illis, præter conscientiam prædictorum Judicum: tamen fides facta non fuit, quod dictus Bernardus illam clausulam apponeret, vel procuraverit, ut ab alio apponeretur. Vel etiam quod scienter usus fuerit litteris sic falsis: ac proinde Papa dictum Bernardum ab hujusmodi falsitatis objectu absolvit, præcipue, cum postquam hoc ipsi objectum fuit, eis uti prætermiserit. Sed quia per depositiones duorum testium constitit, quod concessio, sive collatio prædicto Petro facta (quanquam propter ejus indignitatem debuisset reprobari) præcesserit concessioni, seu collationem postea factam Bernardum, ideo Papa hanc decrevit irritam, & inanem. Quia verò Cantor ita inconstanter se gessit in hoc facto, ut primâ donatione, seu collatione non reprobata, secundam facere attentaverit, Papa ipsum privavit potestate conferendi, hæc vice, dictam Succentoriam, ut puniatur, in quo deliquit, mandans Judicibus delegatis, ut eandem personam idoneam auctoritate Apostolicâ assignent.

VIII. Pro explicatione hujus c. notandum primò, Præcantor, qui & Cantor vocari solet, olim dictus fuit is, qui in Choro Antiphonas, & Psalmos inchoabat, de quo fit mentio in *c. Cum olim 6. de consuetud. Succentor* verò, qui etiam in quibusdâ Ecclesiis appellatur Vice-Cantor, dicitur ille, qui absente Cantore, seu Præcantore, ejus vice fungitur, inchoando in Choro Antiphonas, & Psalmos, *Azor. p. 2. lib. 3. c. 22. q. 1. & 2.* Est autem Succentoria dignitas, vel saltem personatus, si annexam habeat præminentiâ in sessionibus, processionibus, & alijs conventibus inter reliquos Canonicos divina officia

Tomus V.

celebrantes, uti sumitur ex hoc c. & ibi *Gl. V. Dignitatis. Laym. in cit. c. Cum olim 6. n. 6.*

Notandum secundò, Ludus alearum est prohibitus Clericis, *c. Clerici 15. de vita, & honest. Cleric.* adeo ut etiam consuetudo in contrarium non valeat, quia est corruptela: quin imò Clericus aleator repelli debet tanquam vilis, & indignus ab officio obtinendo, cum collatio ipsi facta sit nulla, si publicè constabat esse aleatorem: si verò non constabat, quia erat occultus, debet irritari collatio: verum officio, vel beneficio obtento, antequam ludos vetitos exerceret, non debet privari, sed aliâ mitiore pœnâ plecti, nisi monitus nolit se corrigere, tunc enim beneficio est privandus, *c. 1. dist. 35.* sed usurarius Clericus non solum potest repelli à beneficio obtinendo, sed etiam privari obtento, quia gravius peccat, et si Episcopus cum eo dispensare possit circa beneficium, si se correxerit, *c. de Petro 4. dist. 47. Gl. hic V. Aleatorem, & Abb. n. 2. & 6.*

Notandum tertio, Judices possunt tanquam testes deponere cum alijs Judicibus, de gestis coram se, ut colligitur ex hoc c. & tradit *Gl. hic V. Depositionibus, & Abb. n. 3.*

IX. Notandum quartò, qui utitur falso instrumento, seu falsis litteris in judicio, non ideo potest, tanquam falsarius puniri pœnâ falsi ordinariâ, nisi probetur, quod ipse eas falsaverit, vel procuraverit, ut ab alio falsarentur: vel quod ipse illis scienter usus fuerit: & præsumitur ignorantia, si postquam hoc illi fuit objectum, desistit ab usu falsi instrumenti, vel falsarum litterarum, prout sumitur ex *c. Inter dilectos, h. 1. & ibi Gl. V. Procuraverit, & Abb. n. 4.*

Notandum quinto, si concessio, seu collatio beneficii prius facta fuit alicui indigno, sed per ignorantiam, quia publicè non constabat collationem esse nullam, ut in casu hujus c. in quo non constabat, sed meritò dubitari poterat, an collatio beneficii esset nulla, nec nò: & an is, cui collatio prius facta est, esset indignus, quia usutam exercuit tantum in ludo, & ludebat, secundum consuetudinem aliorum Clericorum: hoc, inquam, casu, secunda cessio, seu collatio beneficii irritanda est, seu irrita declaranda, licet is, cui collatum est beneficium, postea repertus sit indignus: nam etsi prima collatio facta sit indigno per ignorantiam, quia tamen publicè non constabat de nullitate collationis, non potuit, nec debuit attentare collator secundam collationem, nisi prius cassata, seu reprobata primâ, nunquam enim debet fieri secunda collatio, vel electio, nisi notoriè constet primam nullam, & invalidam esse: quare in casu hujus c. is, qui primò contulit beneficium indigno, scilicet Petro, non fuit ipso facto privatus potestate conferendi, quia ignoranter id fecit, & indignitas personæ tunc erat occulta, sed propter inconstantiam suam, quia primâ collatione non cassata, processit ad secundam, pro ea vice, fuit privatus potestate conferendi. Unde secunda collatio non tenuit, quia Cantor conferendo primò Succentoriam ipsi Petro, functus est suo officio, ideo non potuit, nec debuit attentare secundam collationem, *Gl. in cit. c. Inter, V. Postmodum, & V. Irritum, Abb. ibid. n. 8. & 9.*

X. ASSERTIO 5. Delinquent Episcopi, alique similes Prælati, si impendant privilegia subditorum, ideoque hi non tenentur parere Superiori exigenti, vel præ-

Y y

vel præ-

vel præcipienti aliquid contra tenorem suorum privilegiorum, prout sumitur ex c. *Sanè* §. *h. t.* ubi Alexander III. sic statuit: Si Episcopi aliquid ab Abbatibus (non exemptis, sed subiectis Episcopo, nam hic non est sermo de exemptis, *Gl. hic V. Obedientiam*) præter debitam obedientiam, contra libertatem Ordinis à SS. Pontificibus concessam exigant, liberum sit Abbatibus, auctoritate Apostolica, quod petitur denegare. Loquitur autem hic textus, non de plena, & omnimoda exemptione à potestate, & jurisdictione Episcopi, ut patet ex illis verbis, præter debitam obedientiam, sed de privilegio, per quod libertas, seu immunitas in certa re alicui Ordini, aut Monasterio à Papa conceditur, ita tamen ut nihilominus Episcopus possit visitare, & corrigere tale Monasterium, vel confirmare Abbates, *Gl. hic V. Obedientiam, & Hostiens.* Ratio decisionis est, quia etiam Episcopi, alijque Prælati, seu Superiores tenentur libertates, seu immunitates à Papa inferioribus Ecclesijs, vel Clericis secularibus, aut regularibus concessas illas conservare, quia inferior non potest tollere legem superioris, c. *Cum inferior* 16. de majorit. & obed. & potest Papa, etiam in præjudicium Episcoporum, Ecclesijs, vel Clericis inferioribus privilegia dare, *Abb. hic n. 2.*

XI. Porro si Episcopus aliquid à subdito contra privilegium ipsius exigat, potest is hoc psidenegare, auctoritate hujus Canonis, ut notat *Gl. fin. hic.* imò & auctoritate propria, cum vigore privilegij ad hoc faciendum non teneatur, c. *Quia cognovimus* 6. caus. 10. q. 3. Vel etiam dici potest, si Superior non sit in possessione ejus, quod à subdito privilegiato petit, potest, propriâ auctoritate, id ei subditus denegare, juxta cit. c. *Quia cognovimus.* Secus verò, si superior sit in possessione, tunc enim subditus non propriâ, sed auctoritate Apostolicâ, & delegatâ hujus Canonis, id negare potest: nam aliâs propriâ auctoritate non posset subditus Superiorem suum possessione privare, *Arg. cit. c. Cum inferior de majorit. & obed. Abbas hic in fine.*

XII. Ex dictis inferitur, quod sententia excommunicationis lata ab Episcopo contra Subditum, ed quod non paruit in ijs, quæ contra privilegium sibi à Superiore concessum exigebantur ab illo, non tenet, prout sumitur ex c. *Cum ad quorundam* 7. h. t. Nam in Concilio Lateranensi (quod refertur in c. *Cum Apostolus* 6. in princ. de censib.) statutum fuit, ut Prælati Ecclesiarum, cum visitant Ecclesias, certum numerum electionis, id est, equorum, & personarum habere possint, quem excedere non debeant: quia numerus ibi, quoad equos quidem, est expressus, sed quoad personas, arbitrio boni viri relictus, ut ab eo determinetur, *Hostiens. hic V. Constitutum.* Sed quia aliqui Episcopi, & Prælati Ecclesiarum, cum Ecclesias visitarent, id non servabant, de quo inferiores Prælati, & Clerici conquesti sunt apud Clementem III. ideo idem Papa, Apostolicâ auctoritate, concessit, ut si Ecclesiarum Prælati numerum equorum, & personarum in Lateranensi Concilio constitutum, cum Ecclesias visitaverint, excedere præsumpserint, & pro pluribus procuracionem exegerint, liberum sit eis, id auctoritate Apostolicâ denegare: & si propterea Prælati in Ecclesias eorum, vel in Clericos sententiam (excommuni-

cationis, vel interdicti) promulgaverint, tunc cernit, illam non tenere. Ratio decisionis est, cum Prælati, alijque Clerici inferiores, vijs Apostolici ipsis concessi, quoad hoc sunt jurisdictione Episcoporum, ideo sententia communicationis, vel alterius censuræ lata contra legem Papæ, non tenet, tanquam lata à latente suo: & temerarium, ac indignum est, si subditus præsumere contra id, quod alicui ab Ecclesia specialiter est concessum, cit. c. *Sanè* p. de vitijs in quantum aliqui sunt exempti, servanda sunt sua privilegia, c. *Cum Capella* 16. inf. eod. tit. Non tenere. Et cum talis sententia manifestè iniquitatem contineat, & notoriè sit injusta, etiam re nulla, *Arg. c. Inter ceteras* 9. de sen. & p. in quavis in dubio præsumptio sit pro justitia, ea tamen cessat, si constet notoriè illam non esse præsumendum, quod jure, & equitate summa æquitatem, velint defendere, vel contra re notoriè injustitiam, *Gl. fin. hic. & Abb. in fine.*

Addit *Gl. fin. hic.* si Prælati, vel alij inferiores, tale Privilegium non habere, quod communicari non possunt, & Episcopus prælatum merum equorum, & personarum excedere ultra tenorem Concilij Lateranensis, non potest licitè possunt non parere, sed negare, juxta & auctoritate Concilij Lateranensis in alio *Apostolus de censib.* Si tamen eisdem excommunicaret Episcopus, valida foret excommunicatio, ipse male faceret, & ipsi possent agere compulsionem ad interelle, quia injustè illos excommunicavit, c. *Sacro* 48. de sent. excomm.

XIII. ASSERTIO 6. Graviter delinquit, & delinquit Episcopus, qui dicit, & cetera, causam præstat homicidio, eo enim qui fit irregularis, ita ut privari debeat Officiis Prælati, & Sacerdotali, & ab Episcopatu admodum ne amoveri, prout sumitur ex c. *Ex litteris* 1. de heret. & sic habetur, quod quidam Visitatores accesserunt Albigenensium Ecclesiam, eam visitant, Episcopus Albigenensis, inter alia, quæ contra proposita fuerunt, confessus fuit, quod dicitur in Villa ad illius jurisdictionem (secundum legem, *Hostiens. hic V. eod.*) spectante, infamatum furto, & ipse fur illud negaret, se eadem purgandum, judicio ferri candentis, & si non fieret, ut suspenderetur, Episcopus quædam dice ab ipso ad maleficia puniendâ deponebat, super hoc ei videretur: Judex respondit, quod si ipse fur dixerat: quare ferrum candentem ipsius Episcopi præsentia est allatum, quod fur ille accepisset, ambustus est. Judex respondit, quod si ibi in hac villa consultum Episcopum, quid sibi in hac villa agendum? qui respondit, quod si fur evadere vellet, quod Episcopus dicit, & cetera, verbum usum fuisse: auditis, quanta delicta populi: omnes dixerunt, malum est, si Episcopus impunitus: & mox Episcopus, & Judex excommunicati sunt, & cum illo in eadem villa illa, cum populo, & cum illo, in eadem sententia est suspensus. His auditis, Inquisitionem Episcopum, cum litteris prædictis, & cetera, sententiam continens, miserunt ad Sedem Apostolicam, sed ipse nihil super his proposuit, Papa, nec Litteras Inquisitionum excommunicati.

ipse assereret, se litteras illas Papæ præsentasse: quin imò cum alter ex Inquisitoribus ad Sedem Apostolicam accessisset, qui totius rei seriem Papæ exposuit: idem Episcopus à Curia Romana recessit, & perquisitus non potuit inveniri. His intellectis, per dictum Inquisitorem, & litteras Inquisitorum (quibus creditur, donec contrarium probetur, *Gl. hic V. Noscitur deliquisse*) Papa Innocentius, quia idem Episcopus, non solum in iudicio ferri candentis, sed etiam in furis suspensio graviter deliquit, cum his non tantum auctoritatem præstiterit, verum etiam corporalem suam præsentiam exhibuerit, ipsum Episcopum Altaris Ministerio indignum reputavit: & quia Pontificalis Officium, sine Altaris Ministerio, exerceri non potest, mandavit idem Papa dictis Inquisitoribus, ut eundem moneant, ut Episcopatum cedat, alioquin ipsum ab Ecclesia Albigenensi amoveant, & faciant eidem Ecclesie, per Canonicam electionem, de idonea persona provideri.

XIV. Hinc colligitur primò. Quod Episcopus in locis, in quibus temporalem jurisdictionem habet, debeat constituere iudicem laicum, qui in causis criminalibus jus dicat, *Axor p. 2. l. 3. c. 32. q. 9.* alioquin si corporaliter interit executioni penæ corporalis, per quam reus occiditur, vel membro mutilatur, irregularitatem incurrit, quia auctoritatem, & opem prætare censetur ipsi homicidio, vel mutilationi: non enim refert, an quis factus, vel consilio, vel auctoritate sua der causam homicidio, *c. Si quis. 8. dist. 50. Gl. hic V. Corporalem.* Aliud est de Episcopo, vel alio Clerico, qui jurisdictionem temporalem non habet in loco, ubi penæ corporales etiam sanguinis infliguntur, is enim, etiam si præsens sit, non fit irregularis, si nullo modo cooperetur, sed tantum assiluit, quamvis graviter peccet contra *cap. pen. Ne Clerici, vel Monachi &c. Abbas hic n. 2. not. 1. & Barb. n. 6.*

Colligitur secundò. Iudicium, sive purgatio, quæ fit per ferrum candens vel aquam calidam, est prohibita *rot. tit. infr. de purg. vulg. de quibus ibi: ideoque propter hoc solum, quod Episcopus in illam consensit, fuit puniendus, Gl. hic V. Candentis, Hostiens. V. eod. & Abb. n. 2. not. 2.*

Colligitur tertio. Sive Episcopus iste dixerit, ut suspendetur fur, sicut ipse dixit, & seipsum iudicavit, seu condemnavit: sive per verba æquipollentia, *Auditis, quantum sit clamor populi &c.* censetur suspensioni ejus auxilium dedisse, vel tacitum mandatum, ideoque factus est irregularis, & cum de mente illius constet, non est vis ponenda in verbis, *Innoc. hic V. Multitudine, & Hostiens. V. Et sic.* quamvis aliàs possit quis, citra periculum irregularitatis, dare consilium in genere, dicendo, fures taliter sunt puniendi, *Gl. hic V. Consilium.*

XV. Colligitur quartò. Sufficit eum, qui est de contumacia, vel culpa notatus, absentem requiri, nec est necesse, ut edictum peremptoria citationis ad illum pervenerit, *c. Causam. 3. & c. ult. de dolo, & contum. & is, qui citatus, vel monitus se stitit, sed postea à iudicio discessit, perinde est, ac si non comparuisset, c. 1. de judic. & pro contumace habetur, postquam quæritus non potuit inveniri, Gl. hic V. Discessit, & V. Perquisitus, Innoc. V. Inveniri, ut in ca-*

Tomus V.

su hujus c. Episcopus monitus fuit à Judicibus delegatis, ut se stiteret Papæ, quæ monitio habuit vim citationis peremptoria, *Abb. hic in fine, & Glossator ejus. Alex. de Nevo ibid. lit. A.*

Colligitur quintò. Officium Pontificale non potest exerceri, sine Officio Presbyterali, ut patet ex hoc c. adeoque qui est suspensus ab Officio Sacerdotali, non potest exercere Pontificalia, quia non potest quis esse Episcopus verè consecratus, nisi primò fuerit Sacerdos ordinatus, uti sumitur ex hoc c. *Gl. hic V. Ministerio, & Hostiens. hic V. eod.*

Colligitur sextò. Episcopus criminosus cogi potest renunciare, ut patet ex hoc c. Nam quia consensit in suspensionem furis, factus est indignus Altaris ministerio, seu irregularis, adeoque si cedere nolit, est perpetuo amovendus, quamvis aliàs, si impotens esset, ei coadjutor daretur, *Gl. fin. hic & Hostiens. V. Alioquin. Barb. hic n. 9. Paris. l. 3. de resign. benef. c. 18. n. 17. & 18. & in locum Episcopi depositi, vel ex culpa sua irregularis facti, alius idoneus substitui debet, Gl. hic in notatis, quia per depositionem, & privationem vacat beneficium, ipso jure, Barbosa hic n. 10.*

XVI. ASSERTIO 7. Alius excessus, & delictum Prælatorum est, si Sacerdotes sibi subiectos cogant ad revelandum peccatorem, vel peccatum auditum in Confessione Sacramentali, prout habetur in *c. Dilectus. 13. h. t.* Ubi Joannes Presbyter contestatus est Papæ Honorio III. quod Rectores Fratrum Urbis (per quos Clerus in urbe regi consuevit, & qui in eum, ex speciali commissione, jurisdictionem habent, *Hostiens. hic V. Fraternalitatis, & Abb. n. 3.*) compellebant ipsum ad revelandum fures, & id, quod super furto, sibi tanquam Sacerdoti (sive in iudicio, & foro penitentiali) fuerat revelatum, vel ad satisfaciendum exinde damnum passio, & nisi alterum prædictorum faceret, tulerant in ipsum sententiam interdicti. Quia verò perniciolosum esset (exemplo) dictum Presbyterum sibi taliter credita revelare (quia alij à Confessione retraherentur, si iste sic proderetur, *Hostiens. hic V. Perniciosum*) & cogi ad solvendum id, quod non rapuit: ideo mandat prædictus Papa Cardinali Presbytero S. Pudenzianæ Vicario suo, ut præfatis Rectoribus injungat, ut à gravamine memorati Presbyteri penitus desistant.

XVII. Notandum primò. Iudex potest aliquem compellere ad indicandum furem, & furtum commissum, & Iudex Ecclesiasticus potest ferre sententiam censuræ contra non revelantes, ut probatur ex hoc c. Nam hoc est speciale, quod non possit quis cogi ad revelandum furem, vel furtum, si id sciat ex Confessione Sacramentali, adeoque non ut homo, sed ut DEUS, sive DEI Vicarius: ergo à contrario sensu, si sciat ut homo, sive extra Confessionem Sacramentalem, potest compelli ad revelandum, juxta *c. Qui cum fure. 4. de furtis. Abb. hic num. 1.*

Notandum secundò. Sacerdos non potest compelli, etiam per Iudicem Ecclesiasticum, ad revelandum peccatorem sibi sacramentaliter confessum, nec ad revelandum ipsum peccatum, quia respectu utriusque hic prohibetur compulsio, *Abb. hic num. 2.* quin imò nec per S. Pontificem potest Sacerdos compelli

pellunt ad detegendum peccatum ipsi in Confessione revelatum, cuius rationem reddit *Abbas hic n. 4.* quia Sacerdos in Confessione Sacramentali est specialis Vicarius DEI, Papa vero generalis; specialis vero, quoad causam sibi commissam, maior est Vicario, sive Commissario generali, *c. Sanè, 11. de offic. Jud. deleg.* Sed vera ratio, cur Sacerdos non possit, nec debeat compelli ad revelandum, quod in Confessione Sacramentali audivit, illa est, quia sigillum secreti est de Jure Divino, *Gl. margin. hic lit. C. & tradunt communiter Theologi.* Ex quo infertur, quod si Sacerdos producatur in testem in iudicio, non tantum potest dicere, se nihil scire, sed etiam jurare, se nescire, quod interrogatur, subintelligendo, tanquam homo, vel homini quoad hoc subiectus, *Abb. hic n. 9. Barbosa n. 2.*

Notandum secundò. Sententia interdicti potest ferri, non tantum in locum, sed etiam in personam, ut colligitur ex hoc *c.* sed lata in Sacerdotem istum non tenuit, quia quoad hoc erat major ipsis Rectoribus, quia DEI Commissarius, ergo ipsum interdicere, vel excommunicare non poterant, *Arg. c. Cum inferior. 16. de major. & obed. & quia continebat errorem intolerabilem, non tenuit, c. Per tuas. 40. de sent. excomm.* Unde Papa non mandavit, ut abolveretur, sed ut desisterent à gravamine, quod de facto inferebant: imò etiam quoad alteram partem de satisfactione facienda, non valuit interdictum, quia iniquum erat, ut teneatur reddere, quod non rapuit, *Gl. hic V. Revelare.*

§. II.

De quibusdam specialibus excessibus, seu delictis Prælatorum Episcopis inferiorum.

Prohibitum est Prælato Episcopo inferioribus, ac violent, & turbent jurisdictionem superiorum Prælatorum, uniendo Ecclesias, sine eorum consensu, vel alios actus ad dignitatem, & potestatem Episcopalem spectantes exercendo, de quibus excessibus, & delictis hoc §. agemus.

XVIIII. Queritur primò. An Prælatis Episcopo inferioribus prohibitum sit unire Ecclesias sibi subiectas, sine consensu Episcoporum? Resp. affirmativè, ut constat ex *c. Sicut. 8. h. r.* ubi habetur, » quod cum Prior Grandensis Monasterium suum, » quod est in Diocesi Episcopi Faustini, vel Faventinensis (ut habet vetus compilatio) alteri Monasterio subiecisset, seu univisset, sine consensu prædicti Episcopi Diocesani, cuius auctoritate id fieri debuisset, quamvis interveniente Archiepiscopi consensu: Re delatà ad Papam Cælestinum III. is respondit: sicut unire Episcopatus, & potestati alienæ subijcere, ad S. Pontificem pertinet: ita ad Episcopum spectat Ecclesias suæ Diocesis unire, & easdem alijs subijcere. Cum itaque prædictus Prior Monasterium suum, quod est in Diocesi dicti Episcopi Faustini, ejusdem assensu non requisito, alteri Monasterio subjecerit, sive univerit: ideo idem Papa decernit, auctoritate suà, esse irritandum, & ab Episcopo loci infirmandum, quod ipso inconsulto, factum est, cum ea,

quæ in Episcopi Diocesi sunt, ejusdem ordinati, ac fieri debeant. Non obstantibus consensu, vel confirmatio Metropolitani venisse dicatur, cum is in Diocesi sui subiectus, abique ipsius consensu, nihil debeat contra nonicas Constitutiones ardentare, idcirco, papa decernit irritandum.

XIX. Pro explicatione notandum, quod solus Papa potest unire Episcopatus, sive Ecclesias thedralis, ut habetur in hoc *c. & traduntur praxi benef. tit. de unionib. n. 22. Gers. p. 1. c. 2. n. 60. & alij communiter.* Hinc caritur, quod hic dicitur, sicut solus Papa potest unire Episcopatus privativè ad Episcopos, sive ipsi ecclesiæ, etiam de jure communi, & seculari specialiter, soli Episcopi possunt unire Ecclesias ecclesiis privativè ad inferiores Prælatos, sive priores: non rectè desumitur argumentum, quod prius possit in sua Diocesi, quicquid in Pontifice in tota Ecclesia, sed solum in tota, quod inter potestatem Papæ, & potestatem inferiorum sit quædam proportio, & similitudo, *Fagn. in cit. c. Sicut. n. 2. h. r.* Est tamen ratio ad unionem Ecclesiarum, quædam differentia Papæ, & Episcopum, quia ad unionem ab Episcopo, requiritur justa causa, *c. 1. de un. ab Præl. & c. & consensus Capituli, Arg. c. in fine, de donat. & Clement. 2. de reb. Eccles. in 17. & ult. caus. 9. q. 3. Joan. Andr. hic n. 2. n. 2.* Solet tamen Papa hæc, & alia actus servata expedire, non nisi cum consensu suorum, id est, Cardinalium, quia id deest, si non est, quamvis de potestate absolute sine illo, omnia peragere possit valide, compelli ad consilium aliorum requirendum, *n. 3. & 4.*

Notandum secundò. Episcopus potest auctoritate, unum Monasterium, vel Ecclesiam unire alteri, ut probatur ex hoc *c. & suo minime requisito, & ibi: ut in consensu, & contrario sensu, Episcopo requisito, aut non, potest unum Monasterium uniri alteri, consensu tamen Capituli, & Prælati, seu Rectoris ecclesiæ inferioris, Barb. hic n. 7.* Id autem debet primò, dummodo utrumque Monasterium sit in sua Diocesi, ejusque jurisdictioni subiectum, *Gl. hic V. Auctoritate nostra. Fagn. hic n. 2. c. 2. c. 2.* secundò, dummodo neutrum Monasterium sit proprium, nam alioquin non propriè auctoritate Episcopi, sed auctoritate solius Papæ, uniri Episcopo uniri posset, *Gl. hic V. In sua Diocesi. Fagn. n. 11.*

Notandum tertio. Abbates, seu Prælati Episcopo inferiores non possunt Ecclesias, vel Episcopos unire, sine consensu Episcopi, prout sumitur ex *c. nisi hoc jus unendi: ex privilegio aliquo, & c. vel legitimè præscriptione acquiritur, & c. est potestas jure communi concessa, & c. de unionib. Episcopis, Innoc. hic & Abb. n. 3.* Venit in nione Ecclesiarum, & beneficiorum plura de lib. 3. Decret. tit. 5. tota sec. 6. ubi ex iustitia re agitur.

Excipiuntur tamen Abbates, & Prælati exem-

Notandum tertio, Abbates, vel alij Prælati inferiores Episcopis, non possunt de Jure communi Indulgentias concedere, quia hujusmodi potestas pertinet præcisè ad dignitatem, & jurisdictionem Episcopalem, ut constat ex *cir. c. Accedentibus, h. t.* ubi dicitur, quòd Abbates, concedendo Indulgentias, extendunt manus ad ea, quæ sunt dignitatis Episcopalis, *Azor p. 2. libr. 3. c. 55. q. 3.* & alij communiter, etiam contrarium teneat *Emin. Rodriq. Tomo 22. qq. regul. 87. art. 1.* de Prælati Religiosæ, qui habent potestatem ordinariâ, & quasi Episcopale, ut Generales, & Provinciales Ordinû Regularium exemptorû, cum potestas concedendi Indulgentias sit potestas jurisdictionis Episcopalis, non Ordinis Episcopalis, nec etiam Sacerdotalis, nam remissio, quæ fit per Indulgentias, non pertinet ad dispensationem Sacramentorû, sed honorû communium Ecclesiæ; & ideo etiam Episcopi non consecrati, & non Sacerdotes, possunt Indulgentias dare, ut docet *S. Thom. in 4. dif. 20. art. 3. q. 2.* Sed obstat *cir. c. Accedentibus, h. t.* quod expressè negat hanc potestatem competere Prælati-

Y y 3 non Epi-

non Episcopis: quamvis *Rodrig.* dicat, quòd loquatur de Abbatibus, subditis Episcopis: vel si de exemptis, solum de Præpositis, seu Rectoribus non habentibus jurisdictionem quasi Episcopalem. Vel si etiam de his ibi sit sermo, intelligendum sit de illis, qui excedebant hanc potestatem, concedendo Indulgentias, non solum suis subditis, sed etiam alijs non subditis, sive secularibus, sive regularibus aliorum Ordinum. Verùm hæc responsio nimis restringit decisionem hujus cap.

XXIII. Illud tamen est probabile, quòd non solum ex privilegio, seu concessione speciali Papæ, sed etiam ex consuetudine legitime præscripta, possint Prælati Episcopis inferiores acquirere facultatem concedendi Indulgentias, cum talis consuetudo tribuat jurisdictionem, *Arg. c. ult. de Offic. Archidiacon. & c. Cum contingat 13. de foro compet. & c. Auditis 15. de præscript.* Et ita docet *Gl. fin. hic, Hostiens. V. Legitima causa, & Abb. n. 4. in fine*, & probabile centet *Laym. l. 5. Theol. mor. tr. 7. c. 4. n. 4.* Sufficit enim, quòd Papa generali Lege velit, & consentiat, ut Ecclesiastica jurisdictio per longævam consuetudinem, bonâ fide, præscriptam acquiratur.

§. III.

De gravaminibus, quæ Prælati, alique Ecclesiastici interdum inferre solent Religiosis.

XXIV. De his agitur in primis in *c. Nimis iniqua 16. h. t.* ubi enumerantur XV. gravamina, quæ Prælati, videlicet Episcopi, & Rectores Ecclesiarum, alique Canonici, & Clerici Cathedralium, vel aliarum Ecclesiarum inferebant Religiosis. Veluti primò volebant, ipsi Religiosis invitis, eorum Confessiones audire, ac eis injungere pœnitentias, (cum tamen sibi invicem confiteri possint, *c. 1. caus. 16. q. 1. Hostiens. hic V. Confessiones.*) Secundò Eucharistiam, sive Communionem eis præbere. Tertiò non volebant, ut Corpus Christi in eorum Oratorijs asservaretur. Quartò Fratres eorum defunctos apud Ecclesias suas sepeliri compellabant, & eorum exequias celebrari (cum tamen omnes Religiosi in Cæmeterijs propriorum Monasteriorum sepeliendi sint, *cir. c. 1. caus. 16. q. 1.*) Quintò, si quis decedenti Fratri alibi, quàm in suis Ecclesijs eligeret sepulturam, funus primò ad Ecclesias suas deferri cogeant, ut oblatio suis usibus cederet. Est autem hic sermo non de professis, sed vel de Confratribus, sive Oblatis Templariorum, & similibus, qui in seculo remanent, de quibus in *c. 3. §. ult. de privil.* Nam professi non possunt regulariter sibi eligere sepulturam, *Hostiens. hic V. Eligat.* Vel est sermo de illis Religiosis professis, qui in loco distante, & remoto à Monasterio decedunt, & sibi eligere possunt sepulturam, *c. ult. de sepult. Abb. hic n. 2.* Sextò non permettebant eos habere campanam, quòd intelligi debet, si prohibeant Prælati Religiosos habere campanam in Ecclesijs, seu Oratorijs suis publicis, de quo infra suo loco. Septimò non permettebant eos habere cæmeterium benedictum, quòd tamen Religiosi habere

possunt pro suis Fratribus sepeliendis, vel pro suis Confratribus, & Oblatis, si sepulchrum egerint, de quo etiam infra. Certis tantum temporibus permittunt celebrare Divina, cum non sit prohibendum, quotidie communicare, si dispositus sit, *13. dif. 2. de consecrat.* ergo multò minus debent celebrare, *Hostiens. hic V. Ceris.* Non minus quoque in domibus Religiosorum certis merum Fratrum, Sacerdotum, Clericorum, eorum, seu Conventorum, & decem certarum, merum cerearum, lampadarum, & ornatum, pro voluntate sua taxare: & undecim duorum cereorum (antiquorum) quod non exigebant. Duodecim nec permittunt, nisi novi Sacerdotes eorum alibi, quàm in suis (scilicet secularium Clericorum) parochiis, suas celebrarent, nempe oblationis causa, *hic V. Suis.* Decimo tertiò eos in super communi, ut in quotidianis Missis, quas Religiosi suis locis, & Altaribus celebrant, oblationem pus suum reciperent, & reservarent, vel in eorum. Decimoquartò quicquid Religiosorum celebrabant Missarum solemnium, immo morum suarum ambitum, pia fidelium oblatione donabatur, ab eisdem oblationis nomine, quere contendebant, quia non debent Prælati usurpare, quod piâ devotione fidelium Religiosorum confertur in vita, *c. De his 4. de sepult. c. 1. Monach. Gl. hic V. Donatur.* Decimoquinque quod eisdem Religiosis, tam in ecclesijs Altaris, quàm in Libris Ecclesiasticis, oblatione conferebatur, perperam juri suo vendicabatur his enim relictis, & alijs, quæ ad divinum pertinent, Prælati, seu Rectores Ecclesiarum petere nihil debent, dummodo in fraudem non elicta, *c. ult. de reftam. Gl. fin. hic.* Quænam Gregorius IX. universis Ecclesijs Prælati prædictis gravaminibus desistant, & Religiosi suos ab hujusmodi archibus compellant, ut omnes Religiosi debent esse liberi, & prædictis gravaminibus, non solum exempti, sed etiam alij non exempti, *Abb. hic n. 2.* gravamen contra specialia privilegia aliorum concessa illatum.

XXV. Præter gravamina jam allata, præbentur etiam alia XII. gravamina inferioribus Prædicatoribus, & Minoribus, quorum neminem, & Regulam Sedes Apostolica approbat in ætissima paupertate Christo pauperum, prout habetur in *c. Nimis prævia 17. h. t.* rum gravamen primum est, quòd pœnitentia, & alij eos ad Synodos suas cogeant, quod fuit contra speciale privilegium concessum his duobus Ordinibus, ut ad Synodum venire teneantur. Secundò cogeant illos suis Constitutionibus subjacere, contrarijs scilicet privilegijs eorum, *Hostiens. hic V. Ab suis.* Tertiò contenti, Capitula, & scrutinia, sive inquisitiones in locis Fratrum pro his se facturos committuntur, quod etiam speciale est in his Religiosis Ordinibus: in alijs enim licet Episcopis committi. *In singulis 7. §. Porro de statu Monach.*

V. Corrigendis. Quarta, fidelitatem juramento firmam ab eorum Ministris, & Custodibus, sive Quardianis (in Ordine Minorum, nam Prædicatores habent Priores conventuales, Hostiens. hic V. Ministris) exigebant: quod etiam speciale est privilegium concessum his duobus Ordinibus. Cum alias omnes Rectores Ecclesiarum, quibus cura animarum commissa est, juramentum fidelitatis præstare debeant, c. Nullus. §. de jurejur. c. Quamquam. 6. dist. 23. Gl. hic V. Fidelitatem juramento, & Hostiens. V. eod. Quinto, Prælati mandabant etiam eisdem Religiosis, ut tam extra Civitates, quam intra, ad Processiones ab illis, etiam ex levi causa institutas venirent. Ex quo infertur à contrario sensu, quod Fratres Prædicatores, & Minores, non obstante privilegio exemptionis, teneantur comitari Episcopum in processionibus ex gravi, & magna causa institutis, v. g. in novo ingressu Episcopi, vel ob imminentem pestem, & bellum, aut aliam publicam calamitatem, vel ad generales Litanias in feriis Rogationum, Hostiens. hic V. Ex levi causa, & Abb. n. 3. ubi addit, idem dicendum de alijs Religiosis, etiam exemptis, quia hic textus loquitur de Prædicatoribus, & Minoribus exempli causa; ea verò, quæ sic dicuntur, dispositionem generalem non restringunt, quamvis in hoc servandæ sint formæ, & favor exemptionum, & privilegiorum, ut si qui nominatim sint exempti à Processionibus, ex quacunque causa, indicendis, quale privilegium habent Religiosi Societatis JESU ex Constitutione Gregorij XIII. edita 16. Julij, anno 1576, quæ incipit Quæcumque, Fagn. hic n. 7. & 8. Hodie tamen ex decreto Concilij Tridentini Sess. 25. c. 13. de regular. omnes tam Clerici seculares, quam regulares quicunque, etiam Monachi ad publicas Processiones vocati coguntur accedere, ijs tantum exceptis, qui in strictiore clausura perpetuò degunt, non obstantibus privilegijs ante Concilium concessis, & consuetudinibus etiam immemorialibus, quippe sublatis in decreto, c. 22. ead. Sess. Excipiuntur à Gregorio XIII. Religiosi, qui distant à Civitate ultra medium milliariæ, Fagn. in cit. c. Nimis. 17. h. 1. n. 11. Sexto, sententiam excommunicationis fulminabant in omnes benefactores eorundem Religiosorum, nempe ut vel propter inopiam domos deserere, & abire cogentur, vel Prælatorum mandatis obedire, prout loquitur Hostiens. V. Benefactores: fulminare autem dicitur sententiam excommunicationis, qui vel sine causa, vel non ex justa, sed injusta causa, vel non servato debito juris Ordine, eam profert, Hostiens. hic V. Fulminant. Septimo, quin etiam ipsi Religiosi isti excommunicationis sententiam comminabantur, eò quod ex locis, in quibus Domino famulantur, amovere satagebant (de facto, & violenter, quod non licet, Hostiens. hic V. Amovere) nisi eis in omnibus suprà dictis obedirent. Octavo, prohibebant quoque, ne prædicti Fratres ad honoratiores Civitates, ac villas, ubi religiosè, & honestè valerent commorari, à populis vocati, accedere auderent. Nondò, & tam in ipsos Fratres accedentes, quàm in eorum receptores excommunicationis sententiam promulgare præsumebant. Decimo, ab eisdem etiam ex hororum fructibus decimas exigebant, ex quibus nullas Religiosi

decimas solvere tenentur, c. Ex parte. 10. De decimis. Gl. hic V. De hororum fructibus. Undecimo, nec non etiam ex domicilijs Fratrum, sicut & Judæorum domibus, reditus extorquere contendebant, asserentes, quod nisi Fratres ibidem morarentur, ab alijs habitatoribus proventus aliqui solverentur. Duodecimo, & ut ipsos Fratres prædictos totaliter suæ subicerent ditioni, & potestati, eisdem volebant Ministros, & Custodes (id est, Quardianos, vel Priores) præficere, pro suo arbitrio, cum tamen jure communi, quælibet Congregatio debeat sibi Prælatum eligere, c. ult. caus. 16. q. ult. c. Abbas. 8. & c. Abbatem. 3. & c. seq. caus. 18. q. 2. Hostiens. hic V. Præficere. Quare Papa Gregorius IX. omnibus, & singulis Prælatibus Ecclesiarum mandavit, ut à prædictis gravaminibus desistant, & Subditos suos ab hujusmodi actibus arctius compescant, quia in omnibus suprà dictis Prædicatores, & Minores sunt exempti, nec possunt ad talia faciendâ compelli, Gl. fin. h. t.

XXVI. Cæterum quando in cit. c. Nimis. 17. h. 1. dicitur, Fratres Prædicatores, non secus ac Minores, esse in statu ætillimæ paupertatis, id ita intelligendum est, quod utriusque Ordinis Monasteria non possunt habere bona immobilia, neque in particulari, neque in communi, nec certos, ac perpetuos annuos reditus: hoc solo discrimine, quod Minores sunt incapaces omnium bonorum, etiam in communi, ex Regula, & primævo suo instituto, ut constat ex c. Exiit. 3. de V. S. in 6. & Clement. 1. eod. Prædicatores verò ex Regula, quæ est S. Augustini, possunt habere bona in communi, etiam quoad proprietatem, non autem ex Constitutionibus postea conditis, & à Sedè Apostolica approbatis, & ex privilegio etiam sunt capaces annui redditus, Joan. Andr. hic V. Archidiaconus. & Abb. n. 2. Fagn. hic n. 12. & seqq. Hodie verò Concilium Trid. Sess. 25. c. 3. de regularib. concessit omnibus Monasterijs, tam virorum, quàm mulierum, etiam Mendicantium, exceptis domibus Fratrum S. Francisci, Capucinatorum, & eorum, qui Minores de observantia vocantur, etiam quibus aut ex Constitutionibus erat prohibitum, aut ex privilegio Apostolico non erat concessum, ut deinceps bona immobilia possidere liceat.

XXVII. Denique Clemens V. proposuit 30. excessus, seu gravamina, in quibus plerique Episcopi, & ijs superiores (Archiepiscopi, Patriarchæ) ac cæteri Ecclesiarum Prælati Religiosos injustè inquietabant, prout habetur in Clement. Frequens un. h. 1. & in textu legi possunt.

§ IV.

De Excessibus, seu delictis Subditorum in Prælatos, seu Superiores suos.

XXVIII. ASSERTIO I. Delinquant inprimis Subditi in Prælatos suos, si violent interdictionem ab ijs lata, etiam Episcopi, non servando interdictum latum à Papa, prout constat ex c. Tanta. 18. & ult. h. t. ubi cum Papa Gregorius IX. propter quosdam excessus ab aliquibus commissos, in quosdam Prælatos, Canonicos, Clericos, & res eorum, Regnum Por-

beneficium de novo, sed etiam ad beneficium acquisitum retinendum, ut colligitur ex *cir. c. ult. ibi: Non solum à beneficiis ipsis* *c. h. t. Barb. in Collect. hic n. 6.* hæc enim est pœna non servantium interdictum, ut amoveri debeant à beneficiis obtentis, *c. Postulasti 7.* §. *Quævis de Clerico excommunic. junctâ Gl. hic V. Anotis.* Putat tamen *Hofstiens. hic V. Obtrinent*, quod illi, qui voluntariè acceptantur beneficia alijs ablata ab Episcopo, privandi sint omnibus beneficiis undecunque obtentis, quia magis deliquerunt: illi verò, qui coacti fuerunt, solum sint privandi beneficijs, quæ per Episcopum sunt affectui, non illis, quæ alijs sunt adepti: quamvis *ibid. V. Temeritate*, dicat, quod hic posterior intellectus sit benignior, prior verò secundum litteram verior, quia non debebant in talibus obedire Episcopo.

Notandum sextò, is, qui beneficium injustè, & omisso juris Ordine, alteri ablatum detinet, intrusus dicitur, etsi collationem habuerit, prout sumitur ex hoc *c. & docet Rebuff. in reg. 29. Cancellar. in addit. vers. 4. Barb. hic n. 5.*

Notandum septimò, qui manus temerarias, etsi non violentas, sed injurias in Clericum, & res ejus mittit, ad Sedem Apostolicam ire compellitur, *c. Conringit 36. de sent. excom. cit. c. ult. h. t. unde nec absolvi potest, nisi à Papa, Hofstiens. ibid. V. Temeritas.*

Notandum ultimò, quando Ecclesia non amplius facere potest, implorare debet auxilium seculare, *Arg. c. 2. de maledic. Gl. fin. hic.*

XXXI. ASSERTIO 2. Delinquent præterea subditi Clerici, qui Episcopum, seu Prælatum suum negant esse Dominum suum, vel ad secularem Judicem in causa spirituali ipsum trahunt, vel consilium præbent adversarijs ejusdem contra ipsum, prout habetur in *c. Gravem 15. h. t.* Nam Archidiaconus Ambianensis contra fidem homagij præstiti (id est, contra juramentum fidelitatis, & obedientiæ Episcopo, ratione Archidiaconatus, præstitum, *Gl. hic V. Temerarius, & Hofstiens. V. eod.*) semel iterumque Episcopum esse suum Dominum negavit (sive verbo, sive ipso facto, agendo contra fidelitatem, & obedientiam ipsi promissam, ac debitam, *Gl. hic V. Negasse, & Hofstiens. V. eod.*) vel in foro seculari, contra eum deposuit in rebus spiritualibus quæstionem: aut tam in favoribus Episcopi, & sociorum ejus, quam fratri ejus (scilicet Archidiaconi, qui erat inimicus Episcopi, & eum persequabatur) vel ejusdem complicibus causam, & consilium præbuit. Ideo mandat Papa Honorius III. Judicibus à se delegatis, ut si de his constiterit, prædictum Archidiaconum, tanquam membrum putridum (nefas oves inficiat, *c. ult. de statu Monach. Gl. hic V. Eod.*) ab Ecclesia Ambianensi perpetuò abscedant, & beneficia ipsius, per eos, ad quos donatio, seu collatio pertinet, personis idoneis faciant assignari.

XXXII. Notandum primò, etsi honeste, ac decens sit, ut subditi Clerici Episcopum, seu Prælatum suum appellet Dominum, non tamen id est absolute necessarium, *Arg. c. Cavendum 7. caus. 10. q. 3. & c. Ita subjectus 7. disp. 95.* Neque ideo graviter excedit, aut delinquit, & puniri potest, quod eum Dominum suum esse neget, & non Dominum, sed Prælatum vocet: nisi quis recipiens Ecclesiam, vel

beneficium, aut dignitatem ab Episcopo, seu Prælato, ei juramentum fidelitatis, & obedientiæ, ac reverentiæ præstiterit, tunc enim negando eum esse Dominum suum, agit contra reverentiam, & obedientiam ipso juramento promissam, & puniri potest, ut in casu hujus *c. Gl. hic V. Homagij, & Hofstiens. V. eod. Abb. not. 1.*

Notandum secundò, Clericus, qui negat Episcopum, cui fidelitatem, & obedientiam juramento promittit, Dominum suum esse, vel in causa spirituali ipsum trahit ad judicium seculare: vel consilium, aut auxilium dat adversarijs illius contra ipsum, deponi debet, sive privari beneficijs, quæ perdit, non quidem ipso jure, sed per sententiam Judicis, *Gl. hic in notat. & Gl. fin.* Sufficit autem, quod unum ex tribus prædictis fuerit probatum, cum quodlibet sufficiat ad privationem beneficij, quia verba disjunctivè sunt posita, *Gl. c. l. in notat. & Hofstiens. V. Ipsum.* Non tamen talis tradendus est Curia seculari, quia Papa non mandat in hoc *c.* Archidiaconum illum abscindi ab Ecclesia universalis, sed solum ab Ecclesia Ambianensi, etiam si conspiraret contra proprium Episcopum, nisi sit incorrigibilis, *Abb. hic not. 2. contra Hofstiens. & alios quosdam.*

XXXIII. ASSERTIO 3. Excedunt quoque, ac delinquant subditi Clerici privati, & singulares, si sine consensu Prælati, seu Superioris, commune singulum Collegij habent, eo quod utuntur, prout id prohibetur in *c. Dilecta 14. h. t.* ubi dicitur, quod Presbyteri, & Clerici Ecclesiæ Jotrensis, contra voluntatem Abbatis ejusdem Ecclesiæ (quæ ipsorum Caput, & Patrona erat) commune sigillum proprium habere contendebant (in ipsius Abbatis præjudicium, & gravamen, prout legitur in integra lectione hujus cap.) cum tamen non consueverint habere commune sigillum, nec essent unum Corpus, quod Capitulum appellaretur. Quare Papa Honorius III. mandavit quibusdam, ut si eis constiterit ita esse, dictis Presbyteris, & Clericis, auctoritate Apostolica, expresse prohibeant, ne præsumant, vel de novo fabricare sigillum, vel eo uti, si fortè novum fuerit fabricatum.

XXXIV. Notandum primò, privati, & singulares homines regulariter Collegium constituere, & ejus signa erigere non possunt, nisi eis specialiter fuerit concessum, *Barb. hic n. 2.* Ratio est, quia Collegia, & societates privatorum regulariter improbantur, *l. 1. in princ. ff. quod cujusque univers. nom.* eò quod ex hujusmodi privatis Conventiculis, & Congregationibus timetur conspiratio, seu conjuratio contra Principem, vel Rempubl. *l. 1. ff. de Colleg. illicit. nisi jure gentium, vel positivo approbata fuerint.*

Notandum secundò, quamvis plures Beneficiati sint in eadem Ecclesia, non tamen ideo constituunt unum Collegium, vel Capitulum, cum non possint erigere signa Collegij, nec collegialiter se congregare, nisi ab initio fuerit ordinatum, seu institutum, ut esset Ecclesia collegiata: vel nisi post fundatam Ecclesiam, ex privilegio à Superiore id fuerit Clericis concessum: vel nisi longo tempore collegialiter convixerint, adeoque sint in quasi possessione Collegij, accedente legitimâ temporis præscriptione, *Abb. hic n. 1. not. 2.* Signa autem Collegij, sive Capituli

Capituli sunt constituere unum Syndicum, sive Aetorem, per quem in causis agant, vel respondeant, habere arcam communem, aut sigillum commune, cit. l. 1. §. 1. ff. Quod cuiusq. univ. nom. Gl. hic V. Nec sint unum Corpus. Hostiens. in Summa h. t. n. 3. §. Subditi verò.

Notandum tertio, Abbatissa potest habere jurisdictionem in Clericos ex jure speciali, sive privilegij, sive consuetudinis legitime præscriptæ, prout sumitur ex hoc c. non autem de jure communi, Abb. hic n. 2.

Notandum quarto, quando aliqui Clerici non sunt unum Corpus, seu Collegium, & volunt facere commune sigillum, quasi essent unum Corpus, seu Collegium, potest Prælati, seu Superior, in cujus præjudicium id cedit, se opponere, Abb. hic n. 2. ut in casu hujus cap. Abbatissa se opposuit, cui subiecti erant isti Clerici, qui ideo fortè volebant unum corpus facere, & commune sigillum habere, ut per se expedire negotia possent, quæ auctoritate, & consensu ipsius Abbatissæ tractari debebant, & alia, hoc permisso, fortè attentassent in præjudicium Monasterij, Gl. hic V. Inhibeatis. & Hostiens. V. Jotrensis. potest autem quilibet privatus sibi assumere propria insignia, non tamen potest uti armis, sive insignibus alterius, si id tendat in præjudicium alterius, vel Reipubl. Abbas hic n. 4.

XXXV. ASSERTIO 4. Delinquent etiam Vicarij Ecclesiarum, qui Perionatum Ecclesiasticum sibi usurpant, contra fidem, & juramentum præstitum, ut constat ex c. Illud 6. h. t. ubi Alexander III. statuit de Vicarijs constitutis in Ecclesijs, auctoritate Episcoporum, qui contra Personas (hoc est, Prælatos, seu Rectores Ecclesiarum) quibus fide, & juramento sunt obligati, se erigendo, falsò sibi assumebant Personatus, ut si super hoc in jure fuerint confessi, vel convicti, de cætero in eodem Episcopatu, ad executionem sui officij, nullo modo admittantur. Ratio est, quia cum tales Vicarij sint falsarij, & perjuri, ac proinde etiam infames, l. Si quis major 41. C. de transact. ideòq; tanquam indigni, Ecclesiasticis dignitatibus, & beneficijs sunt privandi, c. Querelam 10. de jurejur. c. Inter 11. §. 1. h. t. c. Infamibus 87. de R. J. in 6. Gl. hic V. Falsò. Et quidem non tantum in eodem Episcopatu, sed etiam in alijs, cum infames omnino sint, tanquam indigni repellendi sunt à beneficijs obtentis, & acquirendis, Hostiens. hic V. Executionem: ideòque hinc subintelligendum est, maxime in eodem Episcopatu, quamvis idem etiam in alijs, Hostiens. hic V. eodem Episcopatu, & Abb. in fine. Et patet hinc, in beneficijs, quæ sit pœna eorum, qui mutant sibi causam possidendi, Hostiens. hic & Abb.

XXXVI. Porro præter hæcenus allatos, prohibentur in hoc Titulo adhuc alij duo excessus, seu delicta Clericorum, sub gravibus pœnis. Veluti primo, ne de gravibus criminibus publicè gloriantur, prout constat ex c. Quam sit 9. h. t. ubi cum P. Diaconus publicè confiteretur, se uxorem cujusdam sui vicini, seu parochiani carnaliter cognovisse, unde factum, ut vir illius ad propria ipsam remitteret. (foran ad domum patris illius, à quo ipsi tradita fuit in uxorem) Ideo Papa Innocentius III. mandavit cuidam Archiepiscopo, ut si con-

stiterit de præmissis, prædictum Clericum, relatione cessante, ab officio, & beneficio deponeret, virumque illum compelleret, ut uxorem recipiat, & ut justum est, officium, & commune matricale ei exhibeat.

XXXVII. Ubi notandum primo, penam, extra judicium, factam de crimine, non ob confessionem illam extrajudicialem, quoad pœnam ordinariam imponendam: quamvis talis confessio extrajudicialis, præsertim si tendat in damnum, & infamiam, sufficiat ad pœnam extraordinariam, ut in tribo Judicis, imponendam, prout sumitur de ubi Clericus Beneficiarius confessus, & extrajudiciali oritur infamia, nisi solus de non precipitur deponi, sed solum suspensum, & beneficio, Abb. hic n. 2. Farinas. in p. p. 3. q. 8. n. 22. Neque verò ex tali confessione extrajudiciali oritur infamia, nisi solus de, quam non potest quis privati beneficii, sed tantum inquisitio contra eum infamia, & si infamia facti sit vehemens, infamia debet, pendente inquisitione: & si inquisitionem haberi non possit, remanet infamia, purgatio Canonica ei est indicenda, in c. Per inquisitionem 26. num. 11. de test. nac. c. l.

Notandum secundo, quamvis Gl. de confiteri, dicat, quod Clericus ille fuerit, non ob confessionem illam extrajudicialem, non nisi occasionaliter, propter scandalum infamiam, ac discordiam ortam inter vicarios, licet, qui propterea eam domo expulsi, tamen est, quod fuerit punitus, & suspensus, & gloriationis, quod si tanquam delictum, ac perse in judicium deducatur, grave crimen, præsertim in Clerico, non manere impunitum, Hostiens. hic V. Abb. n. 2. in Gl. 1. Farinas. c. l. Nec ob id hic non erat accusator, quia iste publicè confessus hoc crimen, & de eo se jactavit, autem facti non requirit accusatorem, de accusat. Abb. c. l. Et quamvis fallum hoc quo publicè se jactavit, tamen suspensus solam jactantiam, Hostiens. hic V. Superius.

Notandum tertio, propter solam gloriantis se uxorem alterius carnaliter cognovisse, non potest vir uxorem repulsi, à se dimittere, prout sumitur ex hoc c. confessio etiam judicialis non valet in præjudicium, c. 1. de Confess. c. Significasti 5. de adult. C. de adult. multò minus extrajudicialis, n. 2. nor. ult.

XXXVIII. Alterum delictum, in Clericis, sed etiam Laicis commune, prohibetur Clerici 4. h. t. quod est desumptum ex Concilio ranensi sub Alexandro III. cap. 11. & 12. in concilio statuit, ut quicunque vitio incontinentiæ, quod contra naturam est, propter peccatum Dei venit in filios diffidentie (id est, de eorum salute diffidentum est, quia difficultate vertuntur, Hostiens. V. Eod.) & quinque Conigne consumpsit (Gen. c. 19.) liborare, & deprehensi: si Clerici fuerint, Clero deponantur.

» (id est, degradentur, *Hofiens. hic V. eod.*) & ad
 » agendam penitentiam in Monasteria detrudan-
 » tur. Si verò laici fuerint, excommunicentur, & à
 » cœtu fidelium penitus excludantur, (donec scilicet
 » resipiscant, *Hofiens. hic V. Penitus.*) Ex quo patet,
 quòd Ecclesia vendicit sibi jurisdictionem in laicos,
 quia hoc crimen est etiam Ecclesiasticum, sive fori
 mixti, *Abbas hien. 2.* Additur verò, quòd tales de-
 beant à cœtu fidelium excludi, majoris declarati-
 onis causâ, cum alias per ipsam excommunicationem
 jam sint exclusi, *Abb. hic num. 3. in fine*, placita de hoc
 nefando crimine dicta sunt supra tit. 16. sec. 3, §. 2.

§. V.

De prohibitione facta Religiosis Men-
 dicantibus, ut non possint nova loca
 acquirere ad habitandum, nec
 antiqua alienare, vel
 mutare.

XXXIX. De hoc extat Constitutio Bonifa-
 cii VIII. in c. Cum ex eo unio. h. t. in 6. Ubi prohi-
 betur, ne deinceps aliquis, vel aliqui ex Prædica-
 toribus, Minoribus, & aliis Religiosis Mendican-
 tibus, quantumvis super hoc privilegiis sint muni-
 ti, in aliqua Civitate, Castro, villa seu loco quo-
 cunque, ad habitandum domos, vel loca quacun-
 que recipere de novo, vel hæcenus recepta muta-
 re, vel ea venditionis, permutationis, donationis,
 aut cujusvis alienationis (etiam si per eam non
 transferatur dominium, ut patet ex voce *cujusvis*,
Gl. hic V. Alienationis.) titulo quocunque in alios
 transferre præsumant, absque speciali Sedis Apo-
 stolicæ licentia. Ratio hujus prohibitionis est,
 quia ex eo, quòd Religiosi Mendicantes in Civi-
 tatibus aut aliis locis ad habitandum domos, vel
 loca recipiebant, vel olim recepta dimittebant, se-
 inde ad alia transferentes, diversa scandala quoque
 proveniebant, & frequentes clamores ad Sedem
 Apostolicam perferebantur, ut dicitur in *princ. hu-
 jus c.* In cujus fine additur limitatio, quòd per hoc
 tamen eis, qui vitam Eremiticam, seu solitariam
 vitam eligere voluerint, cum Superiorum suorum
 licentia, non sit interdictum, quin cellas, seu ha-
 bitacula, & domos possint de novo acquirere, vel
 mutare (etiam sine licentia Papæ) in eremo, sive
 locis, in quibus in propinquo non habeant homi-
 nes seculares. Ratio est, quia in his locis non est
 multitudo hominum, adeoque cessant scandala in-
 de orta, & causa prohibitionis, *Gl. marg. hic V. Ere-
 miticam.* Poena autem contra transgressores hujus
 Constitutionis imposita, est etiam poena excommu-
 nicationis, ipso facto, incurrenda, ut constat ex *Cle-
 ment. Cupientes. 3. de penis.*

XL. Circa hanc Constitutionem notandum
 primò, quòd ea loquitur, non de omnibus Religio-
 sis, sed de solis Mendicantibus, qui omnes in ea com-
 prehenduntur, partim expressè, & specificè, partim
 sub generali clausula, ut notat *Suar. dis. 23. de censur.*

sec. 5. n. 33. licet autem ex vi hujus Juris communis,
 Mendicantes non possint nova loca, seu domos reci-
 pere, sine speciali licentia S. Pontificis: non tamen
 est eis prohibitum antiquas domos, vel Ecclesias,
 quas tunc habebant, reficere, reedificare vel augere,
 quia illud non est novas domos, vel loca acquirere,
 quod ibi tantum est prohibitum, & prohibitio strictè
 est accipienda: neque etiam prohibentur acquirere
 in aliquo oppido domum recreationis, vel hospitii an-
 nexam antiquo Monasterio, ut colligitur ex illo ver-
 bo, *ad habitandum*, ergo alia, quàm ad habitandum
 loca bene possunt de novo acquirere, *Gl. hic V. Ad
 habitandum, Suar. c. l. n. 35.*

Notandum secundò, quamvis, spectato Jure
 communi, non possint Mendicantes nova loca, vel
 domos acquirere, sine speciali licentia Papæ, neque
 etiam Ecclesias, vel Monasteria ædificata mutare, seu
 transferre ab uno loco ad alium, ut patet ex *c. un.
 ibi: seu hæcenus recepta mutare h. t.* tamen per privi-
 legia à Sede Apostolica, post hanc Constitutionem,
 concessa, possunt utrumque facere, quale privile-
 gium à Sede Apostolica est concessum Minimis, ut
 refert *Suar. c. l. n. 34. Miranda in man. Præl. q. 33.
 art. 1. concl. 2.* & ad mutanda, seu transferenda Mo-
 nasteria de uno loco ad alium Congregationi Gene-
 rali S. Benedicti in Regno Portugallie, teste *Miran-
 da c. l. art. 2. concl. 2.* quibus privilegiis etiam frui
 possunt reliqui Ordines Religiosi, qui cum eis com-
 municationem habent, *Suar. c. l. n. 34. Miranda cit.
 art. 2. in fine.* De hoc privilegio etiam fit mentio in
 Compendio privilegiorum Societatis *V. Bona. §. 6.
 Et V. Ecclesia, §. 4.* Speciale quoque privilegium con-
 cessit Societati Gregorius XIII. die 30. Octobris an-
 no 1576. ut quæcunque Collegia, Domos, Eccle-
 sias, & alia ædificia erigere, ac per eos, ubicunque lo-
 corum erunt, inhabitare: ac quæcunque loca, do-
 mos, Ecclesias, Oratoria & alia cujuscunque structu-
 ræ ædificia sibi quomodolibet relicta, vel oblata reci-
 pere, emere & possidere ac retinere possint.

XLI. Notandum tertio, hodie post Conci-
 lium Trident. *Sess. 25. c. 3. de Regularibus in fine*, non
 possunt Religiosi nova loca erigere, sine Episcopi, in
 cujus Diocesi erigenda sunt, licentiâ prius obtentâ.
 Unde iis, qui non habent speciale privilegium, non
 sufficit, habere licentiam Diocesana, sed requiri-
 tur, ut obtenta sit etiam specialis licentia S. Pontifi-
 cis; quia per Concilium Trident. non est revocata
 prædicta Constitutio Decretalis Bonifacii VIII. quæ
 specialem licentiam Papæ requirit, sed addidit Con-
 cilium, ut ultra illam simul petatur, & obtenta sit li-
 centia ab Ordinario, ut declaravit S. Congregatio
 Concilii apud *Joan. Gallemart. cit. c. 3. n. 5. Zerola in
 praxi Episc. p. 1. V. Monachi, §. 2.* Sectus est de iis Re-
 ligiosis, qui habent speciale privilegium à Papa eri-
 gendi nova loca, seu domos, vel illa mutandi, &
 transferendi, illi enim, præter licentiam Ordinarii,
 seu Diocesani, aliam S. Pontificis non requirunt,
 cum per *Concil. Trident. c. l. privilegia Religiosis à
 Papa*, quoad hoc, concessa non sint revocata,
 vel annullata, *Mirand. cit. art. 1.*

conclus. 2.